

matur ignis libidinum: quo odiorum restringitur in sanam. quo amicitias  
 foedera moderantur, hec me diuitem pauperem fecit. hec pauperem magna  
 munum reddidit. hec me recte currentibus sociat. hec lapsis porrigere manu  
 suadet. & infirmis compati. & ualentibus conlascari. cum hec & peregrina  
 & patriam aequaliter seruet. hec locorum immutatione animum non facit co  
 mutari. hec mihi discernit & uidet mundos. & ab alio quidem abstrahit ad aliu  
 uero deducit. hec me dextris armis sinistris que communit. hec me in prospe  
 ris efferris non patitur. & concidere non sinit. In aduersis. spem subiciens om  
 nibus. que utaque nunquam confundit. dum malorum presentium pondus  
 futura beatitudo solatur. hac ergo nunc quoque mittente me inutilem ser  
 uum suum. & conuocante ad craterem suum. Ego uos meos & conseruos & fratres  
 ad hanc mensam eius inuito. & exhibeo uobis opulentas eius & rationabiles  
 dapes. & misceo uobis perennem ac spiritalem craterem. Nec quicquam in hoc  
 conuiuio simile inuenietis. his quibus in ministerio carnis destruendis dapibus.  
 & ipse destruendus distenditur uenter. & in explebiliter semper expletur. Nunc  
 usque ergo fratres tacui. sed nunquam semper tacebo. sustinui sicut partu  
 riens. sed nunquam semper sustinebo. Nam zacharie quidem soluit silentium  
 editus iohannis in lucem. neque enim ultra dignum erat patrem uocis taceat.  
 cum uocem ipse genuisset. sed utique conueniens fuit. ut sicut non crederent  
 deuocis partu uncta est lingua. Ita uoce progenita resoluunt uel ecc  
 sermonis. Nata est ergo uox & lucernae. uerbi precursor & solis. Cui  
 autem linguam resolut & exaltat uocem uelut tubae & conspectus uester  
 & congregatio & reconciliationis laetitia. Quo sibi di quidisper sistant  
 congregati sunt in unum. & indomandi conueniunt in consensu. & in una  
 iuncturam edificationis coeunt. iungente & coaptante spiritu. Nec iam  
 ultra in unitate constrictis ullus inimico subintro eundem aperitur locus.  
 Iam non furamur ab altero utroque. nec in celis nostris insultamus inuicem. Nunc iam  
 iudei & christi ponunt sibi principatum unum. & hierusalem & samaria  
 ad illam unam que in superis est hierusalem congregantur & tendunt.  
 Iam non est paulus neque apollo neque zephas. pro quibus unus aduersus